



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Cerbonii Episcopi Populoniensis. Ex ea quæ est per D. Gregorium Papam. Lib. 3. Dial. cap. 11. Exceßit ex humanis circà annum Domini 573.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

pastor dignis gubernaculis rexit; cuius vitam multis claruisse virtutibus, gestorum eius scripta commemorant. Huius sedis antistes nobis cognitorum tertius, S. Seuerini confessoris Christi successor, nomine Euergistus, quadam die, dum capitis dolore nimium cruciatus, ad memoriam beatorum martyrum, Gereonis & sociorum eius, oratum accederet, & adhuc in sancti illius thesauri indicium, fastigium nullum excelleret, versiculum in laudem sanctorum dici solitum, Exultabunt sancti in gloria, ingrediens Ecclesiam inchoauit: cui protinùs ex illo venerabili sanctorum adyto respòsum est, Lætabuntur in cubilibus suis. Quod cum Pontifex stupefactus audiret, laudem Deo repentè cum omnibus, qui aderant, conclamauit: & appropinquans, de loci ipsius puluere capiti suo salutare remedium apposuit, & còsignato cum summa reuerentia loco, recessit. Et quidem talia plurima veridica relatione commemorari possent, si promissi compendij studia non arcerent.

VITA S. CERBONII EPISCOPI POPULONIENSIS. Ex ea qua est per D. Gregorium Papam. Lib. 3. Dial. cap. 11. Excessit ex humanis circa annum Domini 573.

VITA E venerabilis Cerbonius Populoni Episcopus, magna sanctitatis opinione in diebus suis celebris, precipuo hospitalitatis studio deditus erat. Cùm verò die quodam trãseuntes milites hospitio suscepisset & Gotthi superueniètes eos ad necè expectarent, ipse ab eorum nequitia vitam illorum abicon-

S. Seuerini
vita habetur
23 Octob.

S. Euergistis
24. dicti.

Psal. 149.
En miracu-
lum.

S. Euergistus
curatur ex
puluere in
Ecclesia S.
Gereonis.

Vide Tom.
7. Baron.
Annal.

10. Octob.

*Humanitas
eius erga mi-
lites quosdā.*

abscondendo seruauit. Quod dum Gotthorum Regi perfido Totilæ nunciatum fuisset, crudelitatis immanissimæ uelania succensus, hunc ad locum, qui octauo Urbis huius milliario Merulis dicitur, ubi tunc ipse cum exercitu, sedebat, Episcopum adduci iussit, eumque in spectaculo populi, urbis ad deuorandum proiecti. Cumque idem Rex perfidus in ipso quoque spectaculo confedisset, magna populi turba confluit. Tunc episcopus in medium deductus est, ut morte sua crudelissima, sæui Regis animum satiaret. Exquisitus est itaq; urfus immanissimus, qui accensus & concitus Episcopum petijt: sed subito suæ feritatis oblitus, deflexa ceruice, submissoque humiliter capite lambere Episcopi pedes cepit. Quo sanè miraculo, populus qui ad spectaculum mortis uenerat, magno clamore uersus est in admiratione uenerationis: & ipse etiam Rex ad eius reuerentiam colendam permotus est.

*Proicitur
urfus deuo-
randus, sed
nihil ledi-
tur.*

** al Iluam,
Insulam
Thyrheni
maris.*

De quo etiā viro aliud miraculum, Venantio Lunensi Episcopo narrate, celebratur. In ea namque Populonij ecclesia, cui præerat, sepulchrum sibi præparauit. Sed cum Longobardorum gens in Italiam ueniens cuncta vastasset; ad *Helbam insulā recessit. Qui ingruente ægritudine morti uicinus clericis suis præcepit, ut corpus in sepulchro, quod Populonij præparauerat, conderent. Illis autem negantibus hoc fieri posse ob Longobardorum præsentiam, qui ea loca tenebant, vir sanctus respondit: Reducite me securi; nolite metuere; sed festinè me sepelire curate: sepultoque corpore, omni

cum

cum festinatione ex eodem loco recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt naui. Cumque Populonium tenderent, collectis in aëre nubibus, immensa nimis pluuia erupit. Sed ut omnibus patesceret, cuius viri corpus nauis illa portaret, per illud maris spatium, quod ab Helba insula usque Populonium duodecim miliaribus distat, circa vtraque nauis latera, procellosa valde pluuia descendit: & in nauem eandem vna pluuiae gutta non cecidit. Peruenerunt igitur ad locum clerici, traditoque sepulturae sancti sacerdotis corpore, festinatione, qua potuerunt, maxima ad nauem reuersi sunt. Quam ut intrarunt, mox eundem in locum ubi vir Domini sepultus fuerat, Longobardorum Dux crudelissimus Gummar aduenit. Ex cuius aduentu virum Dei prophetae spiritu claruisse constat: quia ministros suos sub festinatione discedere praecipit.

Insigne miraculum.

Claruit prophetae spiritu.

MARTYRIVM SS. ET GLORIOSORUM Christi martyrum Tharaci, Probi & Andronici, ut habetur in secundo tomo Anna-
lium C. Baronij, anno Christi 290. Caij Pap. 7. Dioclet. & Maxim. 7.

ii. Octob.

CONSULIBVS Diocletiano quartum & Maximiano tertium, octauo Kalend. Aprilis Demetrius Centurio dixit: Qui oblatis sunt nobilitati tuae, Domine, in Pöpeio-poli ciuitate ab Eutelmio Paladio spiculatore, qui sunt pessimi & impij Christiani, qui non consentiunt praecipis dominorum nostrorum,
præ-